



Nicolaus ex nobili familia Polvilerum natus, & honeste educatus fuit. quamprimum is adolescentis, Caroli Cæsar is castra hinc inde sequi coepit. erat enim insigni corporis & animi fortitudine præditus, præterea rara prudentia insignis. Itaque breuifactum, ut magnam militiæ laudem sibi compararit. Id cum Carolus Imperator intellexisset, eum ex nobili tantum milite baronem constituit, ac multis opibus exornauit. Cum etiam ei strenuam operam in bello Smalkaldico nauasset, et ordines duxisset, Ferdinandus rex eum Constantiæ primum praefectum constituit, cum ea ciuitas id. Octob. 1548 ob metum Cæsar is se seponit Austria cis subiecisset. In eo loco cum per aliquot annos suam authoritatem declarasset, atque omnia commode disposueret, à Ferdinando rege ad maiora reuocatur. Tuui enim Turca detinac cœperat fines Austriacos diripere, & pacis limites transilire. Itaque Polvilerus anno 1556 cum iusto exercitu equitum & peditum in Vngariam missus fuit.